



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia
Lovanensi I. V. D. Et Antecessoris Commentariis In Jus
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas
Gregorii IX. P. M.**

Zoesius, Hendrik

Coloniae Agrippinae, 1691

Titulus V. De Postulatione Prælatorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)

oleo inungere, signare se signo Crucis, & simili-
li. *can. Ecclesiasticarum distin.* 2. * Prioribus
duobus generibus esse suam vim non est du-
biu[m], ratione auctoritorum; unde Paulus, *State,*
inquit, & tenete traditiones, quas didicisti si-
ve per sermonem, si ve per litteras. 2. *ad Thessal.*
2. Et 1. *ad Corinth.* 11. laudat eos, quod tradita
a se praecepta teneant. Quantum ad tertium
genus, eandem illis vim esse, quae est decreto-
rum & constitutionum, ex eo patet, quod ver-
bo an scripto disposita antiquitus tradantur,
nisi interfit: ut patet ex Lacedemoniis, apud
quos leges memorie mandabantur, & hac via
ad posterios transibant, non minori obligatio-
ne, quam leges Athenensium scripto manda-
tar, & sine scripto insit. *de jure nat.* * U[er]o hereti-
ci nostri temporis, dum traditionibus nihil
defertur, eastanquam aniles nugas respuen-
tes, in reprobum sensum dati videantur; cum
hac via & ipsi Evangelio suam derogent fidem
aque auctoritatem, & sacra Scripturae con-
vallant fundamentum: ut desuper structam
molem collabunt necesse. Quo reficit Ter-
tullianus, *lib. 2. de Corona militis*, dum inquit:
Si legem posuimus scripturam nullam invenies,
traditio tibi præzenditur auctrix, consuetudo
confirmatrix; & fides obseruatrix. Et S. August.
Evangelie, inquit, non crederam, nisi mihi Eccle-
sia Catholica moveret auctoritas. Item S. Basili-
us à Gratiano d. *can. Ecclesiasticarum citatus,*
Si attenderimus, inquit, consuetudines Ecclesie,
non per scripturas a Patribus traditas, nihil
estimare, quantum religio detrimenti sit latu-
ra; intentè insipientibus liquida constabit. Et
hodie docet experientia: neque enim potest
per ipsam Scripturam constare, eam veram es-
se, non confitam, non suppositam: nam hoc
foret in propria causa testem agere. Quod
spiritus sancti, qui errare non potest, dictamini-
ne se instrui, quæ sit vera Scriptura, persuasum
sibi habeant nostri temporis sectatii, est
meta diaboli elusio: ut patet ex illorum opini-
onibus super intellectu sacræ Scripturæ,
quæ ita sunt discordes, etiam inter eos, qui
eandem sectam sunt amplexi, ut ad concor-
diā nūquiam queant revocari. Quas certe
non est dicendus cauillare spiritus sanctus,
qui ubique unus, verus, constans, concordia
& sanctitatis, nūquara discordia & impie-
tis auctor, aversatur inconstantiam, quæ in-
ter hæreticos dominatur: inter quos in dies
nova opinione, novi intellectu super Scriptu-
ra facra oboruntur, & acceptantur, priori-
bus rejectis, in eoque laboratur, non ut secun-
dum Scripturam fides & actus formantur, sed
Scriptura iis adapetur. Hinc recte Nicolaus
Papa dedecus abominabile dicit, traditiones
ab Ecclesia receptas pati pro libertu[m] semper er-
tantium infringi, *can. Ridiculum dist. 12.* Vide
plura de his apud Suarez *De legib. lib. 7. c. 3. n. 7.*
in fine & c. 4. n. 10. item in Defensione Fidei Ca-
tholica adversus Anglicanos & errores lib. 1.
c. 9. n. 7. & seqq. & Bellarm. Contr. Tempore 1. de
Verbo Dei lib. 4.

TITULUS V.

De Postulatione Praetatorum.

SUMMARIUM.

1. Ratio ordinis; & objecta juris Canonici.
2. Magistratus Ecclesiasticus acquiritur per Postulationem, Electionem & Translationem.
3. De postulatione cur primo loco agatur, & cur inventa.
4. Postulatio quid an & concorditer fieri debet.
5. Qui postulent, & de postulantibus indigni.
6. Quis postulandus.
7. Postulandus eligi non potest.
8. Postulatio debet esse certa & certis verbis facta.
9. Electus & postulatus, adhibendo consen-
sum, debet alteram viam eligere.
10. Postulatio est insinuanda postulato.
11. Postulantibus an licet variare.
12. Postulatio habitu consensu postulati, est in-
sinuanda superiori.
13. Superior est summus Pont. exceptis dignita-
ribus inferioribus.
14. Postulatio admissa dat postulato jus ad-
ministrationis.

P Olitis principiis juris Canonici, ejusque ¹
origine & auctoritate, de objecto illius vi-
dendum. Quod hic triplex est, ut in jure ci-
vili; Personæ scilicet, quibus jus redditur.
Res, circa quas, & judicia per quæ redditur.
Personæ meritò primas tenent, cum, ut ait
Imp. *Instit. de jure nat.* in fine ex I.C. 1, 2. D. de
statu hominis parum sit, jus nosse, si personæ, qua-
rum

sum causa constitutū est, ignorētū. Ubi non incongruē primō proponuntur personæ, quæ tanquam ministri & executores iuri, ipsum ius exequantur, & invigilare ejus observatio-
ni: quales non tantū sūnt illi, qui judicis præ-
sunt, litesq; determinant, sed qui aliquo magis-
tratu, aut dignitate, aut superioritate Ecclesi-
sticā excellunt. Pertinet ille magistratus hac in
materia ad solos Clericos. * Acquiritur per Po-
stulationem, Elec̄tionē, & Translationem; de
quibus ordine deinceps agitur. Est & Nominatio-
ne, quæ posset concludi sub Elec̄tione: nam est
designatio unius ad dignitatem, sive etiā pluri-
um personarum, ex quibus superiori unū deli-
gar, quem dignitati præponat: quale ius Prin-
cipes aliqui in suis ditionibus sibi adrogant.

De Postulatione agitur primo loco, quod
3 sit via quasi preparatoria ad electionem: nam
postulatione personæ admissa ad electionē e-
ius procedi potest; qua tamen etiam omittitur,
circutus evitandi causa, quod censatur
inelusa in ipsa postulatione, à qua per superio-
rem admissa non recedunt postulantes. Inven-
ta est postulatio in subsidio electionis, ut qui
per Canones eligi prohibetur, propter impedi-
mentum Canonum, quo tenentur, ex
superioris gratia habeantur in Prælatum. Con-
tingit enim nonnunquam aliquem, propter
in signem eruditōnem, prudentiam, aliasque
seim dotes, regenda Ecclesiæ maximè con-
venire; defectu tamen naturalium, atq; alterius,
altruus qualitatis, eligi non posse.

Omissis itaque aliis acceptōnibus, Postu-
lationo hic est Capituli vel Collegij coram su-
periore facta petitio alicuius personæ in Præla-
tum, idonea quidem, sed cui obstat defectus
Canonicus.

Addunt aliqui, Concordia; unde queritur,
An debet fieri concorditer? Resp. Ita velle
Glossi in e. Cum omnes sup. tit. 2. de Constitut. Ab aliis duas partes collegij desiderari: at ex-
teriori & constantiori sententia sufficere à
majori & seniori parte factam esse, nam cum
electio taliter facta prævaleat, ut dicetur t. seq.
quidni & postulatio: Ex rationis paritate: nisi
contingat à minori parte aliquem esse ele-
ctum; runc enim à majori parte facta postula-
tio non alias prævalit, quam si pro ea Reg.
duplo maior numerus, e. Scriptum 40. tit. seq.

de Elect. Cujus ratio est, quod electio nitratur
via ordinaria; postulatio vero extraordi-
naria, ideoque inferior habenda, nisi numero
fulciatur: prævalebitque electio, ordinatio
jure procedens, etiam nixa numero minori,
pròpterea quod non facile ab ordinario modo
recedatur, d. c. Scriptum 5. quod si.

Si postulantum numerus duplo quidem
major fuerit, postulatus tamen sit indignus,
moribus, vita, doctrina, & aliis, neuter actus
tenebit: non postulantum, quia postulante
indignum & non eligentium, quia eorum nu-
merus tertiam Capituli partem non adæqua;
nisi tamen scienter indignus ab aliis postula-
tus fuerit, d. e. 40. in fine, tunc enim privantur
postulantes pro ea vice voto, & Capituli vis ap-
pud minorem partem resedit, quā ad eā sol-
lam spectet electio, Abbas & Innoc. ad d. c. 40.

Postulant illi, quibus est ius eligendi, c. 1 in
fn. b. t. Ubi controvertitur, Au qui postula-
runt indignum removeantur à postulando,
aut eligendo? Resp. Esse, qui arguit, quod
hoc ipsum pœna causa, quæ non est laxa-
da, sed restringenda, sit inducētum in eligenti-
bus indignum. Nec facit secundum eos mo-
do allegatum ex textu d. cap. 40. in fine: nam
hoc volunt esse speciale, propter concussum
eligentium. Attamen verius est, pœnam istam
concernere & postulantes indignum, per d. tex.
Cujus ratio tantum consistit in eo, quod indi-
ignum postularint non etiam in eo, quod
concurrent eligentes: & colligetur id ipsum
ex e. 1. in fine & c. 2. ubi Abbas num. 3. b. 2.

Postulatur ille, qui alias moribus, doctri-
na, vita, probitate licet idoneus, defectum ta-
men habet Canonicum, per quem eligi ne-
quit: ut quia non est sufficientis ætatis, non
thori legitimis non professus, si peratur, ut
præsit professus; alterius loci Episcopus, c. Casim
monasterium 13. c. Innocuit 20. inf. de elect. c. fin.
b. t. * Ubi cavendum est, ne talis persona eli-
gatur, quia per electionem illius committetur
virtus, nihilque accederet juris electo,
d. c. fin. cum quod est nullum non possit pro-
ducere aliquem effectum. Postulando veð
talem non peccatur, quia admissio postula-
ti committitur arbitrio superioris; ut nihil
accedit juris postulato. In quo distingui-
tur postulatio ab electione: hæc enim jus dat
electo,

electo, ut capaci. Unde est quod frustra postulatur, cum male petatur gratia, ubi est justitia debitum.

2. Cavendum etiam, ne sit postulatio incerta, cuius species aliquot à perniciosa curiositate inventas, quibus postulationi electio mixta facit eam incertam, proponit Pont. in c. unico eod. in 6. & edito perpetuo earum usum prohibet. Forma autem carum hæc est: *Eligo postulando, & postulo eligendo; aut Eligio postulandum, & postulo eligendum: Eligo & postulo, prout postulat melius de jure valere. Quis formulæ ideo damnat Pont. quod continet rem imperf. & am., propter incertitudinem voluntatis; eum eligens consensum præsentem explicer, nullo præsupposito defectu electi: postularis vero non quæ certò consentiat, & in postulato defectum aut impedimentum faciat. Unde sit, quod in uno eodemque actu committitur contrarietas, & ex ea ponatur incertitudo, actum penitus vitians; ut penitus nullus decipiat, d. cap. unico. in verb. irriterum decernentes: ad eò ut etiam effectum aliquem consequi nequeat ex subsequenti superioris confirmatione, propter regulam, quæ non patitur confirmari, quod est ab initio nullum, *Glossa in d. c. unico V. irritum*. Quod sibi impudent taliter procedentes, non servata debita & prescripta forma. Permitit tamen Pont. ut procedat ejusmodi postulatio in casu, quo probabiliter dubitatur, ob facti ignorantiam, an sit persona eligibilis, nec ne cuiusmodi aliquor exempla proponit. *Glossa d. c. unico V. probabiliter*: causâlat enim iusta ignorantia actum sustineti, qui alias iutulis fuisse.*

3. Debet autem electus & postulatus taliter, adhibendo suum consensum, alteram viam eligere, d. c. un. in fine; ne vagando ibi incerto, contra juris prohibitionem, duplicum titulum sibi prafigere videatur, & ex duplice causa confirmationem exspectare, quod jura non feruntur, c. V. quis 25. *De elect. in 6. l.* Eum qui duobus s. t. D. de acquir. hered. Electa autem altera, non erit illi liber regresus ad omissam, sed via est interclusa, d. c. in fine, quia alias sibi contrariaretur.

10. Postulatione peracta ex plurimum consensu, tum ea est insinuanda postulato quam cito, qui intra mensum exprimere consen-

sum debet, nisi causa plus temporis tribuat.

Ubi quarti potest, ad licet variare postulantibus? R. Per solam postulationem nullum jus acquiri postulato, sive quoad postulantes, qui non tam consentiant, quam votum suum declarant; sive quoad postulatum, qui per Canonem impeditur quid juris acquirere ad Praesaturam. Unde c. 4. b. t. dicitur demum præsearata superiori postulatione variare inhibitum esse postulantibus; idque ne superiori iludatur, & judicium ejus ex inferiorum arbitrio pendere videatur.

Post consensum postulati habitum postulatio superiori præsentanda. Cujus rei non is est affectus, ut quid juris det postulatio, nisi subsecuta approbatione: dependet enim ex superioris arbitrio, eam admittat, nec ne: nisi quod, uti jam dictum, per eam variare prohibeantur postulantes.

Caterum hac in re superior est, qui Canones & jura obstantia laxare, ac vinculum, quo obstringitur postularis, solvere potest, ut habilis efficiatur & eligi queat. Talis est Pont. tanum, si agatur super postulato in Episcopum, qui alteri Ecclesie ut Episcopus praefet: neque enim talis potest sine Romani Pont. auctoritate de una Ecclesia ad aliam migrare, ut dicitur inferius ad tit. 7. de Translat. Episc. Dispensat & is solus super aetate, & natalibus postulati, *Glossa in c. fin. inf. tit. 14. de Estate & qual. prefic.* Quantum ad dignitates inferiores, sius superior est aedundus, quantum defectum potest tollere.

Postremo postulatio admissa idem dat iuri postulato, quod confirmatio electo: neque enim postea electioni datur locus, ad civitandum circuitum, cum non possint postulantes a postulato admissi recedere. Unde ut confirmato electo est data administratio, ita & postulato.

TITULUS VI.

De Electione, & Electi potestate.

SUMMARIUM.

1. *Electione quid sit.*
2. *Eligendius ad quos spectet.*
3. *In secularibus est penes Canonicos, puberes & sane mentis.*

4. *Non*